

fiam, Ioan. 10. num. 16. Caiphas in sua sententia dixit. *Mori pro populo, ne tota gens pereat.* Solum de populo, ac Gente Iudaica ipse loquebatur. At verò Spiritus sanctus altius intendens pro populo populum Iudaicum intelligebat, *Ne tota gens pereat*, Gentiles denotabat, qui Christi morte congregandi erant in eius Ecclesia.

QVÆSTIO XII.

Quare os impium Caipha eructat altam prophetiam Divini Spiritus?

62. **R**o maiori huius rei explicatione aduertendum est, vnum sermonem, vnamque dictionem diuersos sensus continere posse, in vnumque pronuntiarum, in aliumque intelligi. Exemplum inter alia extat, Ioan. 2. num. 19. ait Christus Dominus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Christus Dominus loquebatur de morte, ac resurrectione corporis sui. Iudæi dictum acceperunt de materialis templi destructione, ac reedificatione: sic præsentia Caiphae verba duos admittunt sensus. Primus, vt Christus occideretur, ne à Romanis respublica Iudæorum euerteretur, & hunc sensum impium Caiphas ex sua mente intendebat, ac intelligebat. Alter sensus erat, mortem Christi necessariam, & conuenientem esse pro hominum salute, vt à peccato, ac aeterna morte liberarentur homines. Hic autem sensus, sic sublimis intentus est ab Spiritu sancto pro redemptione generis humani. Inter vtroque sensum tria sunt discrimina, primò quia Caiphas cum Iudæis ex odio, & ira intendebat Christum interficere, Spiritus sanctus ineffabili Concilio ad redemptionem generis humani ordinabat: *Filius hominis vadit sicut scriptum est de eo, vt autem homini illi per quem filius hominis tradetur*, Matth. 26. num. 24. Secundò Iudæi intendebant liberationem temporalem à Romanis; at Spiritus sanctus loquebatur de liberatione spirituali animarum. Tertio. Caiphas dicebat de gente Iudaica; at Spiritus sanctus vniuersaliter de omnium salute agebat, Iudæis, & Gentibus.

Ioan. 2.

Idem sermo duos sensus patitur.

Matth. 26.

63. Quæstio præfens est. Quare Caiphas, cum esset pessimus, & deprauatus homo, tam præclaram prophetiam eructauerit, tam excelsum, ac infallibilem veritatem dixerit absque eo quod ipse prophetiæ radiis illustraretur, ac melior esset effectus? Rectè D. Chrysof. homil. 64. *Os tantum, ait, gratia, non autem scelestum cor attingit.* Hinc multi diuinis verbis, ac cœlestibus monitis non proficiunt, quia veluti in Caipha, diuinorum verborum gratia labia attingit, & cor minime penetrat. Hæc obiter dixi: Nostra tamen quæstio principalis inquit, quomodo fieri potuit, quod Caiphas valde nefarius, & sacrilegus, qui falsos testes contra Christum quærebat, potuerit spiritu prophetico sublimem veritatem de morte Christi dicere?

Chrysof.

Sept gratia labia, & non cor attingit.

64. Præclare respondet D. Chrysologus serm. 49. *Caiphas, ait, prophano propheta ore, & cum sacerdos esset, falsitatis tui sensum vicit. officio veritatis. Propheta Caiphas. Rationem assignat Euan-gelista: Cum esset Pontifex anni illius prophetavit. Ad propheticum affatum hominem nefarium, non illius consilium, non voluntas, nec illius*

merita, sed virtus Cathedræ adduxerunt: Cum enim in ea immineret sacerdotalis dignitas, verba à mala voluntate dicta Spiritus sanctus alto flectit ad sublimem prophetiam de Christi morte pro omnium salute. Sic sæpe Deus in prælaris, ac superioribus eorum ora, ac labia tanquam iustus habentis regit, ac moderatur, ne in illis aliquid dissonum sonet, quod ad subditorum iustitiam respiciat.

Virtus Cathedræ adduxit ad veritatem.

Valde mirum est, quod Nabuchodonosor rex pessimus, & idololatra annuntiet, & publicet se vidisse Filium Dei: *Et species quædam similis Filio Dei*, Daniel. 3. n. 92. Salomon quoque rex valde celebris, cui à Deo data est multa, & alta sapientia, tamen cum iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, 3. Reg. 11. num. 4. Et tamen in rege sic voluptuosissimo, ac deprauato, & idololatra saltem in externa apparentia existente, tamen adhuc in eo manet sapientia ad sublimes veritates agnoscendas, ac prædicandas; ex quo præclare ait D. August. quæst. 18. ex veteri Testamento: *Primum merito suo Salomon accepit spiritum prudentie, postea vero quam mulieribus cepit vi, & posthac peccare, si habuit spiritum sapientie, regni merito habuit: sicut & Nabuchodonosor regni merito in camino Christum vidit.* Salomon cum iustus, ac rectus esset primum habuit sapientiam merito suo, at verò postquam deprauatus est, & peccator factus quoniam merito: *Habuit spiritum sapientie regni merito.* In tanta æstimatione Deus habet locum, & Cathedram, vt Salomon, ac Nabuchodonosor reges sceleratissimi, & etiam idololatriæ labe ambo infecti; Salomon saltem in externa apparentia (vt abstraham à quæstione, an etiam in interiori Deos coluerit) tamen quia reges erant, regni merito donantur à Deo sublimi Spiritu ad annuntiandos veritates ad commune spectantes bonum.

65.

Dan. 3.

3. Reg. 11.

August. Regni merito datur à Deo spiritus ad annuntiandas veritates.

Ioan. 11. n. 53. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum.

Num. 54. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

VERSIONES.

Græcus n. 53. Ab illa ergo hora. Syriacus. Itaque ab illa die machinabantur, vt interficerent eum. Arab. Vatabl. Ab illa ergo die consultauerunt vnà, vt interficerent eum. Euthymius. Ab illo ergo die decreuerunt, vt occiderent eum. Syriac. n. 54. Ipse verò Iesus non ambulabat palam inter Iudæos, sed profectus est in regionem, quæ est propè

propè desertum, in arcem, quæ vocatur Ephrè, & illic versabatur cum discipulis suis.

Pagnin. Iam non liberè ambulabat apud Iudæos.

Græcus. Iam non publicè ambulabat.

Vatablus. Abiit illinc in regionem deserto vicinam, in ciuitatem, quæ dicitur Ephraim.

Arabicus. Propinquam deserto.

operationis. Origenes hic: *Iesus igitur, ait, non iam palam apud Iudæos ambulabat, sed illinc in regionem vniuersi orbis, quæ adiuncta est deserta Ecclesia in urbem Ephraim, quæ fertilis dicitur, & illic morabatur cum discipulis suis, ibique est etiam nunc cum eisdem iuxta solitudinem, in ciuitate, quæ Ephrem nominatur.*

Origenes.

QVÆSTIO XIII.

Quare nunc in Senatu mors Christi decernitur, ac determinatur?

Ait textus: *Ab illo ergo die cogitauerunt: vt iam dixi in expositione ex Cardinali Tolet. Illa particula ergo indicat causam, nempe propter consilium Caiphae, quo dixerat, Expedi vt vnus homo moriatur pro populo. Quod Consilium fuit communiter receptum, & citra vllam controuersiam firmatum Christum Dominum interficere, vt iam dixi in expositione ex D. Chrysof. Theophylact. at docet Euthym. Nunc, ait, cum consilio, & deliberatione sententiam decreuerunt, cum omni animi promptitudine, & studio animi sunt. Cum enim princeps, ac pontifex suam mentem declarasset, statim omne consilium illius voluntatem decreuit, ac determinauit; nihil aliud sciunt Senatores sancire in concilio, nisi id, quod exploratum habent. & vident à voluntate principis, ab illa enim in hanc, vel illam partem fluctantur, ac facile trahuntur.*

69.

Tolet.

Leont.

Theophyl.

Euthym.

Principis voluntas firmatur ab omnibus.

70.

Ester 1.

De Assuero testatur sacer textus, quod habebat secum sapientes: *Qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebant cuncta consilio*, Esther 1. n. 13. Expende illud, *Cuncta*; ac proinde quando rex decreuit, ac imperauit honore Mardocheum sublimare, sine dubio sapientum consilio factum est, cum scriptura dicat, *quod illorum faciebant cuncta consilio.* Si ergo honor delatus est Mardocheo ex sapientum consensu, quomodo in appaulatione, ac triumpho illius præibat præco clamans: *Sic honorabitur quemcumque voluerit rex honorare?* Esther 6. num. 9. melius videbatur dicendum, ac pro maiori gloria Mardochei. Sic honorabitur quem sapientum concilium honoratus mandat; vel sic honorabitur, quem rex cum suis sapientibus decreuit honorandum, vt tam fidelis Domini sui seruus maximè exaltatus haberetur. Honor exhibitus Mardocheo determinatus fuerat in sapientum consilio; tamen præco solam regis voluntatem commemorat: *Sic honorabitur, quem rex voluerit honorare.* Omne enim regale concilium ad regis voluntatem componitur, & adaptatur.

Esther 6.

Regale concilium ad regis voluntatem componitur.

71.

Præpondera duos Pharaones valde diuersos inter se, vnum tempore Ioseph; alterum tempore Moyse, & sub vtroque graui fame opprimitur Ægyptus. Tempore primi Pharaonis multa penuria vexatur Ægyptus: *Clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens*, Gen. 41. num. 55. Temporibus secundi Pharaonis multa rerum esurie laborant Ægyptij; non erat aqua ad bibendum, cum conuersa esset in sanguinem, non erant panis, nec fructus agrorum ad comedendum; cum omnes grandine, ac nimia pluuia essent steriles facti, nec etiam interemptis animalibus erant carnes ad vescendum. Et tamen pro tanta rerum oppressione nullus clamatur ad hunc secundum Pharaonem;

Gen. 41.

EXPOSITIO V.



B illo ergo die. Particula ergo, indicat causam, vt ait Toletus, propter nempe consilium Caiphae ab omnibus approbatum. Euthym. *Ceteri, ait, non quasi vaticinium, sed quasi consilium suscipientes, suffragijs illud comprobant.* Et dicitur in textu ab illo die. Græcè, *(ab illa hora) cogitauerunt.* Alij vertunt, *Consultabant, seu consulerunt, seu decreuerunt.* Ex quo rectè interpretantur N. D. Cyrill. Leontius, Chrysof. *Consultationem finierunt, & firmauerunt communi decreto, & quasi Senatusconsulto.* Theophylact. *Antea quidem, ait, eadem eius mediabantur, sed remissius, & quæstio magis erat, quam sententia: nunc autem postremum iudicium, & firma sententia.*

66.

Tolet.

Euthym.

Græcus.

Cyriell.

Leont.

Chrysof.

Theophyl.

67.

Græcus.

Cyriell.

Chrysof.

Iesus ergo iam non palam. Græcè, liberè, ac publicè. Nam vt notat D. Cyrill. nemine nuntian- te agnouit ipse consilium malignantium. Et ideo, vt ait D. Chrysof. *Hominis more sibi canit.* Vnde non ambulabat apud Iudæos, Ierosolymitanos scilicet, ac Ierosolymis propinquus; & ratio est, *Quia nondum venerat hora eius.* Et vt etiam nobis daret exemplum declinandi pericula vitæ per fugam; vt adnotatur Origen. D. Augustin. N. D. Cyrill. Theophyl. Rupertus, D. Bonauent. *Sed abiit.* Cessit furori Iudæorum Dominus: *In ciuitatem, quæ dicitur Ephrem*, id est, Ephraim. Græcè pro Ephraim legitur Ephren. Hæc autem ciuitas vbi sita fuerit, non satis constat. Leonius existimat Ephrem esse Bethlehem, in qua natus erat Christus, sed hoc non videtur multum verosimile, nam Bethlehem propè erat Ierusalem, & quomodo Christus latet in ea vrbe, in qua natus erat, & maximè notus habebatur. D. verò Hieronymus de locis Hebraicis, & Iansenius opinantur eam fuisse urbem, quæ affini vocabulo dicitur Ephren, 2. Paral. 13. num. 19. Euthymius ait esse urbem in tribu Ephraim, quæ ex nomine tribus retinuit. Adrichom. tamen pag. 26. n. 40. Constituit Ephrem quinto milliario à Ierusalem, iuxta desertum Hai, non longè à torrente Carith, in quem locum Parens Elias fugiens Iezabel secessit; ibique à Coruis pastus est, 3. Reg. 17. In illa Ciuitate voluit Dominus latere, in qua olim suus Propheta absconditus fuerat.

Origenes.

August.

Cyriell.

Theophyl.

Rupertus.

Bonauent.

Leont.

Hieron.

Iansen.

Euthym.

Adrichom.

3. Reg. 17.

68.

Iesus quærit eos, qui fructum faciunt.

Ab infrugiferis Iudæis fugit, & abiit Iesus in ciuitatem Ephrem, quæ fertilibus fructibus ex nomine Græco dicitur; maximè enim delectatur Deus fructu bonorum operam, nescit enim inter steriles, ac desidiosos degere, illos quærit, qui fructum faciunt, ac reddunt, iustitiæ, ac sanctæ

Gen. 41. nem; tempore Ioseph pro subsidio famis clamant ad Pharaonem, agnouerant cuncti regis voluntatem appositam esse ad populi subsidium, ideo ipse assignauit ministrum, ut frumenta congregaret in horrea, Gen. 41. n. 37. At Moysis tempore etiam in tanta rerum angustia nullus audet clamare, ac loqui ad Pharaonem. Cur sic omnes obmutescunt? Viderant omnes regis voluntatem obfirmatam, ut non subueniret, nec etiam dimit- tendo populum causam tantæ deuastationis amo-

ueret: *Israel non dimittam*, Exod. 5. num. 2. Et pro tam graui causa, qua omnes peribant, & consu- mebantur, nullus etiam ex consiliariis, ac pala- tinis aliquid dicerent regi, imò vt testatur Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. 5. applaudebant Pharaoni: Au- lici tanquam vmbra adhærent regi, & si eius vo- luntas est inclinata ad populi leuamen omnes pro ipso clamant; Si verò aduersa, etiamsi fame, ac inedia vniuersi confumentur, nullus est, qui au- deat ei repugnare, aut contradicere.

Exod. 5.

Ioseph.
Ad regis be-
neplacitum
aptantur om-
nes.

CAPVT

R. P. D. FR. IOANNIS
DA SYLVEIRA,
Commentariorum
IN TEXTVM
EVANGELICVM
TOMI QVARTI
PARS SECVNDA.